



## I N I D E M.

**E** S S E quid hoc dicam, quod sæpè, hic quicquid  
 iisdem  
 Improbat in studiis, firmiter ille pro-  
 bat?

Et quod in haud variis vario discrimine rebus  
 Crebra viri docti bella ciere solent?

Esse quid hoc dicam, quod non simul omnibus omnes  
 Doctrinis animos excoluisse volunt;

Sed tacitas rerum causas hic mente sagaci  
 Explicat: aſt illum sidera noſſe iuvat:

Hunc morum ratio curis exercet acerbis:  
 Ille facit medio verba diserta foro?

Ex aliis alias causas fortasse licebit.

Discere, consultò quas mea Musa tacet.

Horum tu Natura parens, tu maximus auctor  
 Esse videre mihi, diceris esse mihi.

Sic artes, crebro quas versas Marte, politas  
 Ipsa magis reddis conspicuas que magis.

Sic artes, solas alta quas voluere mente  
 Quisque soles, laudas de meliore nota.

Testis erit nobis vir maximus ille, comatus  
 Præ reliquis cecinit quem sapuisse DEVS.

Hic